



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Gorlicensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

MVSÆI SVI PARIETI INSCRIBEBAT HÆC PRAGA DISCEDENS Fridericus VVidebramus Naumburgensis, exsul.

Hic studijs miscere preces, lacrymasq; solebam,  
Tristis in exilio cum VVidebramus eram.  
Salus eram, nec eram tamen illo tempore solus,  
Quando suo mecum numine Christus erat.  
Liber ab exilijs dimissus carcere tandem  
Rursus in exilium triste profectus eo.  
Patria terra vale; celesti patria salve,  
Qualiber est forti patria terra, Vale.

GORLICENSIA.

D. O. M. S.

Strenum instar habent ignavo perdita luxu  
Lustra, domus, silua, rura, popina, Venus.  
Que fugiens, Emerice, caua trabe cerula sulcas,  
Multa solo passus, multa pericula salo.  
Virgo sedens virtus rediuiua ad busta Iehoue  
Donatum merito vexit honore domum,  
Vt non parcus opum patria hæc monumenta locaret,  
Virtutis figens celsa tropæa tue.  
Hic geminas tendens palmas, passosq; capillo,  
Victam se Siren sub tua iura dedit.

Imitare virtutem, non æmulare:  
Virtutem colere par est, non inuidere.


Annno Christ. CIO. IO. LXXVIII. M. IV.

D. O. S.

D. O. S.

GEORGIO EMERICO EQ. NOBILISS.  
 Qui cum opifice, & duobus eum seqq. comitibus  
 in Palæstinam profectus, ibique militari dignitate  
 & Equestri super sepulch. Christi ann. M.CCC.  
 LXV. M. Jul. D. XI. donatus esset: post tot exha-  
 ustos terra marique labores, tanto itinere confectus  
 cum domum ad suos patre adhuc superstitie reuer-  
 titur: tum sacellum hoc D. Crucis, vicinumque ceno-  
 taphium ad exemplum expressum, sibi & posteris  
 F. F. Ipse deinceps Reipub. huius Senator, ad an-  
 nos XXXVI. Cos. v. finem vitæ clausit, Anno M.  
 D. VII. M. Ianu. D. XXI.

Ioannes Ioannis F. Georgij Equ. NN. Ermine-  
 ricus auo B.M.P. cur. M. D. LXXIIX.



D R E S D A E.

S V B S T A T V A H E R C V L I S.

**D** I V O Maximiliano II. Imperatori Maxi-  
 Cæs. Augusto, ob desideratiss. illius adven-  
 tum, Augustus Dux Saxonie, Elector, gratu-  
 lationis & obleruantie ergo fieri curavit, ut heret-  
 icus sectam Calvinisticam in has terras irre-  
 ptam, & dissimulanter nutritam, Deo iuvante suo,  
 & opprimeret & vinceret: sicuti Lernam Hecro-  
 les, numerosum licet monstrum, igne tandem vi-  
 cit, & mori docuit.

L X N.